

Antonij Lolii Semintanensis oratio Circumcisionis do-
minice: habita corā Innocentio. viij. Pontifice maximo tre-
quenti. Re. Lar. Senatu. Calen. Januarij.

Bellū tibi hodie indicim⁹ Danichee. Cui licet inoble-
les simus ac vires tanto oneri impares habeam⁹ illi-
us tū auxilio freti: Qui dixit Aperi os tuū & ego ad-
implebo illud: Qui mandat labia imperfecti forandi discrimi-
nosam palestram nudi ingredimur. Cum appelle congressuri
& Danicheo e quibus opima spolia reporta tuos nos ac vi-
ctorie triumphum (deo auxiliante) confidimus. Ergo ades. &
vultu placido mea pectora virgo Respice: que christum pa-
riens pro crimine primo. Eripis antiquos retro de carcere pa-
tres.

Aue Maria.

Si iuxta philonis sententiam cum difficultate que sunt in-
te. a cognoscimus Pater sancte. Quo ingenio: Qua mens
te poterimus ea que sunt in celis apprehendere. Cum omnē
metam: omnem terminum humane rationis excedant. Cum
persecutor diuine maiestatis opprimatur a gloria. Quam
vltus ignorat: Ratio nescit: Mens nō capit: Lingua silet: Cre-
atura miratur. Soli enim deo (secundum propheticam dani-
elis vocem) datum est sacri misterij co. licem aperire. So-
lus ipse aperit. Solus claudit. Legamus dum apertus est
librum hunc. Quia si clauerit nemo nobis aperiet. Aperi-
tur hodie humano generi circumcisionis liber. Reseratur pri-
mus codex acerbissime passionis. Emanat & fluit primus san-
guis in nostram redemptionem. Vidicimus hodie nostri pa-
rentis nomen. Qui Iesus in circūcissione appellatus est. Ve-
nit enim vt mundum saluet: vt muri hierusalem edificentur:
Quos solo primorum patrum transgressio adequarat. Non
suffecerat nasci christum miseris mortalibus nisi postq̄ con-
sumati sunt dies octo sanguinem adhuc puer cepisset circum-
cisus effundere: Cuius quidem circumcisionis originem: for-



nam: misterium: breui compendio pertransibimus. Silentium ergo humanissimi Auditores. Reperit enim Maria virgo et timet ne vagientis pueri vocem herodes excipiat. Timet ne quis deferat: ne quis loquatur.

Si humani generis decursum Beatissime papa Innocenti recte animo metiamur (videbimus a deo humanum genus nullo unquam tempore fuisse nulla etate relidum. Sed apud eum cuius proprium misereri est (potuisse semper pietatis fontes uberrimos reperiri hanc pietatem. hanc gratiam. cum pater primus noster Adam suo arbitrio perdidisset et uniuersas infecisset posteritatem) Continuo filium eius Abel in gratiam reuocauit deus: Et de manibus suis sacrificium (non respiciens prius inobedientiam) pie humaneque suscepit. Deinde super Enoch super Enoch et Noe usque ad Abrahamam in eo operata est. qua humano generi (licet non uniuerso) mira benignitate succurrit. Nec satis si bi in sortem elegisse paucos fuit nisi et Abraham in multarum patrum gentium constitueret. huius misere circumcissionis auctorem. Hic enim primus octauo die transacto Isaac puerum circumcidit: pro quo cum in typum domini montem illum imolaturus ascenderet iaries inter vepres aparuit. Ab hoc viro sanctissimo duodecim indeorum tribus profecta sunt: Et totus israeliticus populus originem habet: qui ab alienigenis preputiorum circumcissione secernitur: Quam septingentis annis fuisse ante datam moysi legem preceorum monumentis accipimus. Cum autem Abraham intelligimus: queque natum fuisse post diluuium scripsit Melo. Quique duobus vxoribus egyptie videlicet et indigente copulatus fuit. Quibus duodecim filij ex egyptia que ancilla erat uniuersam Arabiam tenuerunt. Unde illorum sublatum est error qui non Abraham patrem Isaac: Sed alterum qui post migrationem Jacob in egyptum natus est inuenisse primus circumcidendi pueros consuetudinem astruebant. Illum Elch fuisse filium et pastorem dicunt vxorem habuisse Locabeth. suscepisse Aaron quem

diaz ac Moïsem diuersūza moïse illo Amaranis z Jonelis
 filio qui antique legis tabulas promulgauit. Nec eadez The
 odorus eleganti metro conscripsit. Cōfirmat Artapanus ac
 Philon nō iudeus. Aoster vero de quo loquimur Abrahā
 in Lamirine babilonie vrbe: quam alij vrien vocant. Latine
 Caldeopolim dicimus: originez habet. Qui astrologie apud
 caldeos inuentoz/quam phenices edocuit/ita gratus deo: ita
 acceptus fuit/ vt primus esse mereretur. Qui contra origina
 le peccatum nobis arma porrigeret. **Q**uantuz Beatissime
 pater huius ossibus humanum genus alstringitur. Fuit enim
 is/quo lucescere ceperunt tenebre: Fuit is qui celum/ non di
 cam aperuit/ sed aperiēdi spem certissimā nobis tribuit. Fuit
 is ex cuius semine egressa est virgo iesse. z ex quo natus salua
 tor mundi (post q̄ consumati sunt dies odo) voluit circumcidi:
Nō q̄ alicui peccato esset obno: i? (Erat enī dei fili? ita quo
 via colubris reperiri nō poterat) Sed vt legis quā pinus ga
 rat non videret esse p̄emptoz Circūciditur hodie puer altis
 simi z imponit ei nomen Iesus: quod est super omne nomē.
Hodie saluari incipimus pater sancte. Habemus enīz Iesuz;
 Habemus saluatores; Qui pro homine quem fecit/ hodie ce
 pit sanguinem effundere. Et cum nullaz peccati maculam cō
 traxisset/ peccata nostra adhuc puer/ adhuc in tenella etate vo
 luit suo cruore diluere. **D** patre elementissimū. **D** habentem
 piena misericordie viscera **D** pellicano simi: is factus es. **D**
 ingratum Adam. **D** grandis inobedientia. **D** immanis **D**
 immensa crudelitas: que pueri odo dieru. n sanguinem elicit
Ille lac virginis. **T**u pueri sanguinem emungis **D** **V**asis
 lidiani/ qui passum Iesum abnegatis: **A**spicite circumcisi
 sunt puerum/ vix in luce editum sui populi iam peccata cons
 medere: **D** **A**ppellite. qui Iesum fantastienz fuisse ho. minē
 dicitis. **A**udite vagientis vocem. **E**t excepto vulnere puerū
 dolere iam credite: **D** iniqui **S**edechiani: **V**idete non **S**e
 dech **A**de filiū **Q**uē xp̄m falso putabatis: **S**ed Iesum pri
 mo genitum marie: qui pro vestri **S**edech parente/ hodie cru
 ritatus efficitur. **D** **C**rudeles nazaren. **D** **E**fferi ac seuisima:

Hereticiani: Qui circumcisionem post resurrectionem christi
 st annis fere mille seruastis: Cur adhuc puerum circumcidi
 tis: Si crucifixus: Si mortuus: Si sepultus est iste puer: Cur
 crucifixus: mortuus: ac sepulto adhuc vulnus infligitis: Relin
 quite iam sententiam hanc et baptismo errata vestra diluite. **D**
Hereticiani: Qui patrem passum esse asseritis. Relinquitte insa
 niam hanc. Et videte octo dierum puerum: (qui pater esse non
 potest) huc hodie vt circumcidatur addudus. **D** Valentiani
D Alexandrini. **D** Manichei quibus bellum indudus est.
D Ebionite. **D** denique heretici omnes falsi dogmatis assera
 tores: Expnite iam fermentum vetus et adamantini pectoris
 feritatem. Et pueri Iesus considerate clementiam: Qui las
 ce indigens ac nutrice sanctissimae ac purissimae carnem do
 lore circumcisionis affligit. Et cur pati penam hanc voluit Ie
 sus: qui sine peccato: qui sine labe fuit: perfecto non alia de cau
 sa nisi vt legem quam per abraham ediderat ostenderet iniu
 stam non esse. Et ne alienigena videretur: qui erat de Abrahe
 semine nasciturus. De eo enim scriptum est: quod in lege eius me
 ditabitur die ac nocte. et in lege domini voluntas eius: quam
 non soluere venit iste filius: sed adimplere. Ne tibi terra Iu
 des que dominum tuum non cognouisti. Nulla tibi relinqui
 tur expurgatio. Non dissimilis erat Iesus. Circumcisus erat
 sicut et tu. In propria tamen venit. et sui eum non receperunt.
 Recepti etiam hoc signaculo demones sunt: Qui Iesum (cum
 circumcisus esset) putantes peccatorem natiuitatis suae misere
 ria non nouerunt. Dilixit ergo nos iste puer. Et lauit a pec
 caris nostris in sanguine suo. Ostendit se hodie christus vix
 hominem esse: vt alexandrinum: Manicheum: Ebionemque
 confunderet. Est et alia ratio qua circumcidi voluit christus:
 vt ostenderet pastorem ecclesie circumcisum esse debere. non
 in carne: sed in corde. Huic enim vinea domini credita est. Et
 cum palmites simus: necesse est vt suo circumdamur et expur
 gemur exemplo.

Forma in hoc sacramento ea erat: vt postquam consumati sunt

dies octo circumcisio celebretur. Ita enim Abraham primus
 in Isaac seruauit | a quo ceteris circumcidendi norma tradi-
 ta est. Hanc formam non obseruant Arabes. Sed ex octo de-
 cimotertio anno circūcidi solent. eo quod Ismael qui eorū gen-
 tem instituit non nisi post hoc temporis spatium signaculum
 a patre suscepit. Sed hoc est pactus meū inquit dominus ad
 Abraham circumcidetis ex vobis omne masculinum | omittit
 etisq; illud septem diebus matri sue. octaua die reddetis mi-
 hi. Idq; semper postea seruatum est | vt octauo die transacto e-
 breorum mares circumcideretur. Nationes adducuntur plu-
 rime. Tener enim vt dicunt phisici ante hoc tēpus nimis est
 puer. Et dolozis impatientes z obire facile possit. Unde refert
 Aristoteles non nisi septem dierum pueris fuisse apud anti-
 quos nomen impositum. Ante enim eorum saluti credenduz
 non erat. cum interire multi paruuli consuenerunt. Vel quia
 veluti octaua erit resurgentium etas | ita videatur octauo die
 circumcisus puer | quasi a primi parentis culpa resurgere in q̄
 septem ante diebus iacuerat obuolutus. Laborauit sex dies
 dominus pro homine. septimo requieuit. octauo redemit ip̄m
 Qui dies domini est. Fuit z antiqua moūs ante octauum di-
 em animalia in templum non offerri. Hic enim numerus di-
 uinaz rerū in ceremonijs erat aptissimus. Unde veteres octa-
 uas festozum hoc ipso claudi numero voluerunt. Addunt et
 rationem suam arithmetrici. Nam ex sententia Macrobij at
 q; Boetij octonarius numerus primus ex numeris cubitis est
 z humane vite perfectum cursum significat. Sicut enim sub
 figura cubitali perfecta bis duo bis concipiunt octo | vt tradūt
 Platonici z a Calcidio declaratur | Ita sub figura quadrans-
 gulari virtutum | que exinde perfecta dicitur | bis duo bis. que
 ex duplici animi purgatione resultant | octonarium premij p̄-
 fitiunt z beatitudinis statum. vt Plotinus in libello de pur-
 gatione sapiētis affirmat. Ob hoc Plato. Porphirius Le-
 teriq; platonici animarum beatarum supremas sedes in octa-
 ua spera ponere ausi sunt. Nam sicuti Macrobio placeat atq;
 Calcidio in septem planetarum speris purgatione quadam

septies depurata tandem in octavo die deo feliciter coniunguntur. Et cum dijs idest sanctis spiritibus moram trahunt. Quamquidem opinionem tanq̄ nostre fidei consentaneam approbare videtur Augustin⁹ christus (inquiens) post resurrectionem suam septem decursis diebus octavo die omnibus discipulis manifestus apparuit. vt ostenderet in octavo resurrectionis erate vitam posse omnes degere beatissimam. Optime ergo per salomonem ecclesiastes dicit. *Da partes septem necioni ⁊ octo. quasi inferre velit. Ibunt per septē dies. de virtute in virtutem.* In octavo vero (sicut propheta predixit) *vis debetur deus deorum in Syon* Sunt ⁊ qui ideo octavo die circumcidi puerum dicant. quod octo sint orbis illi superiores: per quos elapsas mortalium animas / infulasq; corporibus arbitrantur. Erat ⁊ alia circumcidendi forma. Non enim ferro originale peccatum delendum fuit. Nam vir sanguinū non est deus. Sed petrino cultro. Petra autem christus est. sine cuius gratia dimitti primorum parentum culpa non potuit. Petra igit opus est pater sancte. Illa (dico) acutissima petra qua filij sui preputium Sephora circumcidit. Eram⁹ membris omnibus circumcidendi. Quia omni ex parte peccamus. Sed in eo tantum membro fieri iussa est circumcisio: vnde mortalis homo progreditur. Et quia cum preputio id est cum peccato nascimur omnes circumcidimur omnes. Cui tello petrino qui christ⁹ est. feminas vero incircūcisas esse voluit deus. Quod neq; vim neq; formam ad generationem plis adhibeant. Sed materiam dumtaxat suppeditare corporibus estimantur. Circumcisione autē non corporis sed anime tollebat interitus. Virum preterea qui ad dei imaginē factus erat tanq̄ eius violatorem mundari primo oportuit. Mulier vero cum (secundum Aurelij Augustini sententia) ad imaginem dei facta non sit non tantū visa est deliquisse. Licet vir prima eius suggestiōe peccauerit. Per vnū boiem (inquit Paulus) mors intrauit in mundū: ⁊ post oros oēs infecit. Hunc ergo per quē intrauit circumcidamus. Non mulierem que originalis peccati carnem tm̄ siue materiam administrat.

Restat vt sacramenti huius misterium recludamus: Quod
 ideo in calce orationis: et loco nouissime reseruatum est | vt illud
 tanq̃ postremo acquisitum semper ante faciem nostram
 ante oculos ante ora versetur. Quid aliud mystica est prepu-
 tij circumcisio q̃ ad ipsum deum | qui propter peccati origine
 nobis cum exanderat facta cōciliatio: facta pax: facta vno
 per cordis et vitij circumcisionem: Nam vsq; in hunc diem
 sanctissimum qui non iniuria in caput anni constitutus est ex-
 ules omnes fuimus | ac celi hostes. arma habentes demonum
 que ad nos infelices Adā quasi hereditaria successione trans-
 miserat. Nunc vero non demonum cultro | sed petrino pacē
 cum christo iniuimus. Quam pacem (heu miseram. heu infe-
 licitatem nostram) videmus hac tempestate quasi extra mun-
 di terminos exulasse. Circumcidi nos suo exemplo christus e-
 docuit. Resecari preputium et discordiarum fomēta precepit.
 Nos vero | Quibus de virtute in virtutem transeundū erat
 de infirmitate ad infirmitatem transimus. Et hanc circumci-
 dendi legem veluti abrogatam explodimus. Contra quos ad
 Eugeniū exclamat deuotus Bernardus. **O** Petre **O** cle-
 mens **O** christi vicarij omnes: **O** episcopi **O** Sacerdotes
O diaconi **O** subdiaconi Seruate Seruate Seruate circum-
 cisionē non carnis Illa enim veteris testamenti institutio fuit
 Sed cordis Sed vitiorum Sed scelerum omnium. Ne eni
 incircumcisis pastoribus. Laueant Non efferrantur: Non su-
 perbian: Deminerint ab eo multū repetendum esse: cui mul-
 tum datum est. **B**rauior est eorum offensa quam subditorum
Seruis in dominum peccat. si quid peccat. **L**ibertus in pa-
 tronum. **V**asallus in Regem **R**ex in imperatorem **I**mpes-
 rator in summū pontificē **P**ontifex autem si incircumcisis
 sit et delinquat potest ad deum conuerti et cum **D**avid dicere.
Tibi soli peccavi et malum coram te feci **C**ircumcidite vos
 sicut et ceteri circūcisi sunt **S**ed cultello petrino et amore xpi
Nos autem (inquit hieronimus) non corda scidimus. sed ve-
 stimenta. **N**on petrino cultro | sed acuto ferro alter alterum
 petit. **P**reclarum illud testamentum pacis in quo christus

nos heredes fecit infringimus. Jacentem relinquimus hereditatem: Non adimus: Repudiamus: Negligimus pacem illam sanctissimam: Quam nobis cum deo prestitit circumcisio. Sine qua quid est quod non corruat: dilabatur: adnibus letur: Cum qua quid est quod non crescat: emineat: effertur Non cedis: Audi Pater sancte Que pestis tuum / **D** Assiria regnum demolita est: Discordie. Quis te tam late imperantem inuasit Britia: Seditio. Quis libertatem vestram eripuit Persarum ac Medorum Reges: inimicicie. Quis Laomedonij vos evertit: odia. Quis Athenienses Syronios Iudeosque prostravit: Bella. Quis te o Roma mundi diu quasi in servitute redegit Que orbem etiam remotissimos tuo Marte subegeras Factiones Quis Turcis et Barbaris perfide christi ar. na porrexit: Contemptus vere circumcissionis. Et negligentia pacis. **S**ilybiam Asiam Beticam: nostro tempore nostrateate, subdidere maumethis imperio. Quos Turchos En Pater Sancte: En papa Innocenti: En christi vicarie: nostris iam iam crucibus imminere conspiciamus: et matris nostre viscera invadentes. Scit Sanctitas tua quid Rhagusei scribant: Quid Rhodiani significant. Quid apud Aulonam pareatur: Quid Alachus amiserit non ignorat. Unum dico. Nonaginta et novem alas (iuxta divi hieronimi sententiam) pro ecclesia hac in cruce perpessus est christus. Crucis fixi: Mori pro ecclesia hac sustinuit. Patiemur ne nos filij eam in perditionem labi. Convenire in hoc omnes christiani deberent principes ut arma in christi hostes non in matris viscera exercerent: Quibus vestris christi inconsultis scinditur Quas cum predones: et pharisei scindere veri sunt. **R**obodo christiani inter se diuidere ac lamare contendunt. **P**etri scytibus inberentem naviculam: **S**iculis agitaram procellis: **S**yndique a pyraris oppressam. In syllam ut vide oypergeris vel carybdim Omnes venti in te iam naufragam conspirarunt. **A**perti sunt vlyxis omnes vites et cum vite tue discrimine ipsum mare turbarunt. **N**ec est qui vel eolum placet: vel ventorum rabiem pace vlla componat. **N**isi

forte tu Innocentius huic calamitati christianarū cuius pas-
 stor (vt speramus) accurras Qui oculi tanto excidio non cie-
 antur in lacrimas: Quis fletus contegat | vel singultus: **N**ā
 christum nostrum: **E**cclēsiā nostrā: **M**atrem nostram: **M**ō
 iam ab **A**nna & **L**aipha | **S**ed in crucez certamus a nobis ip-
 sis affigi. **N**on pugnant modo **I**ulius & **P**ompeius: **M**āc-
Scripio pro delenda cartagine. **S**ed nos aduersus nos ip-
 sos pro fide delenda. **P**ro qua quis mortem veretur oppe-
 tere. **S**ed populi christiani quasi duo gemelli in rebecca vte-
 ro idest ecclesie corpore nostra tempestate contendunt **Q**uā
 nescio si matrem iam dixerim, vel nouerim. **P**riuos nos
 esse scio. **N**on filios. **A**ues nidum congerunt: **Q**ua fouent:
Pullos alunt: **E**t nos hoies: **A**es rationabiles: **A**es quasi
 diuinum quiddam habentes niduz matris nostre disterpim?
Laceramus: **E**uertimus. **Q**uid igitur christiani pontifices:
Quid orthodoxi principes dormiunt: **N**on interrogat petz
 ancilla & christum negauimus. **T**ui predecessores pro huius
 ecclesie conseruatione sanguinem non dubitarunt effundere.
Illi pij fuerunt | tu innocēs es. **E**t sicut secum innocentia sita
 tecum pietas esse debet. **S**ed quid hec ad circumcisionem in-
 quies: **M**abil profecto. **U**nde vobis pastoribus ecclesiā chri-
 sti **M**atrem christi: **A**nimā christi relinquo. **N**ē omnes si ves-
 re circumcisi fuissent! **B**eatissime pater adhuc starent. **N**on
 tantam fecisset iacturam christiana fides **S**ed nulla sunt tam
 alta | **T**am magnifica **T**am excelsa imperia | que (nisi circum-
 cisa fuerint) non labentur **S**i christus pro nobis sanguinem
 fudit **C**ur nos fundimus: **N**onne tibi o christiane satis effu-
 sum videtur | cum circumciscus est **I**esus: cum flagellatus: cū
 crucifixus: cū lancea eius latus apertū: **Q**uid ergo ad spar-
 gendum cruozem ensē ensē acuiamus: **Q**uibus (vt plurimū
 vel nos ipsos: vel ecclesiā laceramus. **N**on talem reliquit
 nobis petrus. **Q**uis iam hodie circūciscus est. **Q**uis iam cla-
 res veneratur ecclesie: **Q**uis eius imunitatē defendit. **I**mo
 quis nō inuagit: **Q**uis non rapit: **S**peculamur intriujs. **L**ō
 templemur fora. **V**icos omoes adēamus yrbāncs. **O**mnes

gentes suos in hanc miseram acuerunt. Ab his malis circū-
cidi oportet hunc unigenitum. Hoc figurabat circumcisio in-
deorum. Hoc nos quod figuratum est seruare debemus. Si-
nihil aliud præter litteralem sensum circumcisio ac veteris le-
gis instituta significat diuine auctoritatis libros paruo præ-
tio licere mur. Et nisi omnem diuinam historiam ad christum
et eius ecclesiam referamus figmentis et fabulis vniuersa com-
plebimus. **V**icite mihi vos qui creditis præter litteralem sen-
sum nil esse figuratum in sacris litteris **Q**uid sibi vult expri-
mi parentis latere **E**ua progrediens **Q**uid **L**ain **A**bel iusti-
sanguinem fundens: **Q**uid **N**oe ligneam fabricans arcam:
Quid vinee plantatio: et subsequuta ebrietas: **Q**uid **L**am ve-
recundiam patris irridens: **Q**uid patre **M**elchisedech inco-
gnito: **Q**uid **A**brahim de terra sua et cognatione descendens:
Quid post octo dies **I**saac puerum circumcisum: **Q**uid **I**saac
a patre ductus ad victimam: **Q**uid **J**acob primogenita fra-
tris pellium circumpositione præripiens: **Q**uid **J**oseph in e-
gyptum venditus: **Q**uid vniuersa per **M**oysem gesta signi-
ficant: **Q**uid agnus occisus in pascha: **Q**uid primitiuorum
exultio: **Q**uid postes super limina cõspersi sanguine: **Q**uid
transitus maris rubri: **Q**uid pharaonis obduratio: et submer-
sio: **Q**uid manna: **Q**uid legillatio: **Q**uid de petra profili-
cens aqua: **Q**uid **E**nei serpentes erectio: **Q**uid vniuersa que
per heremum peragranti populo cõtingere: **Q**uid manus moysi
in formam crucis extente: **Q**uid **J**osue: **Q**uid iudicium: **Q**uid
regum tempora: **Q**uid sacrificia: **L**erimonieque leuitice: **Q**uid
prophetarum omnium dicta: **Q**uid facta conclamant: **O**m-
nia christum dicunt: **O**mnia christum intelligunt: **O**mnia christum lo-
quantur. **E**st ergo circumcisio figura passionis christi atque præ-
cipium. **H**anc nos in corde seruemus. **I**ntremus per ianuam
qua non illa nobis aperuit. que hodie per baptismum latinis patet
In quo renati omnes. **E**t hoc sacratissimo abluti liquore dei
gratiæ restituiuntur. **O** saluatoris nostri benignitatem. **O** cle-
mentiam. **O** pietatem. **V**erum visum est. ut carnem scindamus.
Aboluit pater piissimos filios suos dolore aliquo afficere.

Inuenit antidotum nouum. Et aperto latere vnguentum p̄
 riosissimum edidit: Quo sine passiōe ab originali culpa mun
 demur. Non vult amplius ut cruentemur bestijs: Non vt
 hircos ut vitulos in holocaustum offeramus. Satis est pro
 lutum aqua hominem esse: Et coram deo corde humiliato as
 sistere. Hunc itaq; Pat. Ampl. sacratissimum circumcisiōis
 diem veneremur. Quem possumus sicut anni principium ita
 z ianuam per quam ad paradisu; ingressus patuit appellare
 Quo in loco vtinam peractō vite nostre curriculo per benne
 offendamus domicilium. Et eorum annumeremur consortio
 Qui vere circumcisi sunt z eterna gloria perfruamur.
 Anno incarnationis dominice. Mccc. lxxxv. Pontificatus
 vero Anno primo.

Inc.
 1240

